

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

Puente, Luis de la

Coloniae, 1611

Med. 34. De spirituali communione, quæ ad sacramentalem disponsis, &
ad sacrum Missæ cum fructus audiendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

MEDITAT. XXXV.

DE COMMVNIO-
NE SPIRITUALI, QVAE DE-
scrutis pro præparatione ad communio-
nem Sacramentalem, & ad Missæ
sacrificium cum fructu
audiendum.



OMMVNIO spiritualis, est exer-
 citum quoddam excellentiū actu-
 um internorū, quibus (vt S. Thom.
 affimat) etiā sine sacramenti sus-
 ceptione, fructus sacramenti, qui est vno cum
 Christo, percipitur. deseruit autem binis maxi-
 mè temporibus, & ob duplēm finēm

3. p. q. 80. a.
 1. ad 3.

PRIMVM, ad debitam præparationem ad
 communionem sacramentalem, instruendo vi-
 delicet animā actibus virtutū, cœlesti huic con-
 uicio congruentibus. Deinde ad sacrū quotidianie
 cum fructu auscultandū. Sicut enim sacerdos
 Missarū solemnia per agens, simul offert sacri-
 ficiū, & accipit sacramentum: ita iustum &
 rationi consentaneū est, vt ego quoque Mis-
 sam audiens, alia duo his similia præstemq.

Primum, vt illud sacrificium Deo offeram in
 gratiarum actionem, pro omnibus nihili collatis
 beneficiis; in peccatorum meorum, aut fidelium
 meorum defunctorum, expiationem; atq; vt à

Deo

E
 ONTE
 II.

Deo invenirem mihi , totiq; Ecclesia ea , quapro-
stulo. Propter hæc enim omnia hoc sacrificium à
Deo institutum fuit , quemadmodum in qua
huius operis parte latius ostendemus.

*A*terum est , vt hoc Sacramentum spirituali
quog; modo suscipiam , ardentiq; desiderio Chri-
stum Dominum comedam . actibus nimis trium
virtutum Theologicarum , Fidei , Spei & chari-
tatis , iuxta illud Salvatoris . a Ego sum panis vi-
æ , qui venit ad me non esuriet , & qui credit in
menon sitiet in æternum . Modum autem insi-
tuenda spiritualis huius communionis , ad sacra-
mentalem disponentis , iam exponam .

P V N C T V M I.

Actus Fidei.

PRIMÒ , exercédi erūt a Qus FIDEI circa
hoc mysterium , expendēdo breuiter ex-
cellentiam & firmitudinem quatuor co-
lumnarum , quibus hæc fides iunctitur : videli-
et : Non defuisse Deo infinitam sapientiam , ad
inueniendum hoc medium pro spirituali no-
stra sustentatione ; nec honestatem , ad id volen-
dum ; nec omnipotentiam , ad idem exequen-
dum : & cùm Deus sit veritas ipsa ineffabilis in
omnibus , quæ reuelat , mysterium autem hoc
idem reuelauerit : credendum igitur illud mi-
hi est maiori certitudine , quam si oculis ipsis
corporeis ipsum cernerem .

*H*VIC fundamento innixa FIDES , produ-
cet suos actus , abnegando videlicet iudicium ,
quod à sensibus procedit ; & credēdo firmiter ,
quod sub speciebus illis panis & vini reuera-

con-

contineatur I E S V S Christus verus Deus & homo, eadem integritate, gloria & maiestate, qua in cælis residet. Et quemadmodum in cælesti Regno, beatorum animas pascit ac satiat clara visione diunitatis, & humanitatis, suæ: ita quoque in terra nos pascit viuæ fidei visione, repletq; in bonis nostrum desiderium sui, in hoc sacramento latentis. Ac proinde FIDES, pia meditatione & contemplatione leiplam iuuare & excitare debet; penetrando perfectiones, & excellentias Christi Domini, sicut in primo superioris meditationis puncto declaratum est: modus autem, actus fidei exercendi, hic est: Credo firmissime, in hoc sacramentissimo Eucharistia sacramento, sub velamine accidentium, contineri IESVM Christum, Dominum meum, unum cum corpore, anima, sanguine, & diuinitate sua: Credo ibi præsentem adesse Dei filium, viuum, infinitum, æternum, immensum, omnipotentem, sapientem, sanctum, atque ad eam sapientiam & sanctitatem: Credo, ibi adesse Salvatorem, Magistrum, Patrem, Iudicem, & Glorificatorem meum, qui pro me in stabulo natus, flagellis dirissime cæsus, spinis coronatus, & cruci affixus fuit: Omnia autem hæc ideo credo, quia ipse reuelavit: & certus sum, quod sciuerit, potuerit, & hæc facere voluerit. O Rex meus, & Deus meus, quamvis te clare non videam, tamen mihi satis est, quod certò credam, te hic reuera præsentem adesse, ac proinde veneror, adoro, & glorifico te; non secus atque si te palam, & absque

vela-

E
ONTE
II.

velamine intuerer. Gaudeo quod te presentem
habeam, gratiasque tibi immortales ago, quod
mecum esse non dedigneris. excita itaque fidem
meam, ut volupe mihi sit, tecum semper man-
nere, Amen.

PUNCTVM II.

Actus Spei.

SE C V N D O, exercendi sunt actus SPIEI,
iisdem quatuor columnis, quibus fides ni-
xa fuit, inherendo : nimurum immensae
Dei sapientiae, bonitati, omnipotentiæ & fide-
litati, qua sua promissa complet: Scit quippe,
potest & vult ea praestare.

SV P E R firmo hoc fundamento adficer-
Spes &ctu suos, adiuuare eos oratione, que pe-
tit & accipit, quæcunque sperat & desiderat:
sperare autem & desiderare debet ea, que Christus,
sacramentum hoc dignè percipientibus,
pollicitus est, atque in 6. Ioan. cap recensem-
tur. Dicam itaque; spero, Saluator mihi, a si pa-
nem hunc vivum comedam, me nunquam mori-
riturum, sed immortaliter victurum; atque me
intem, te vero vicissim in me permanferunt; te
mihi, & te tibi coniunctum. Spero, si us tu per
Patrem vivis; ita me etiam per te victurum,
ternam vitam consecuturum, & in nouissimo se-
culorum die resuscitandum. O panis vita, ve-
hementer desidero te suscipere, magna fretus
fiducia, quod spiritum meum sis vivificaturus;
cor meum roboraturus; animam meam lætis-
caturus; potentias meas confortaturus; car-
nem meam depuraturus; meque totum in a-

a Ioan. 6.
50. 51. &c.

lium hominem mutaturus: non enim ego te in me, sed tu me mutabis in te. O Saluator dulcissime, hanc in me fiduciam adauge, ut eximiarum tuarum promissionum dignus efficiar.

*Aug. 7. cons.
ff. c. 10.*

CETERVM vltterius adhuc progredendum erit in hisce SPEI actibus: sperando nimurum in bonitate & omnipotentia Christi, quae non est sacramento alligata, quod pro solo viuo, & in flammato eiusdem suscipiendi sacramenti desiderio, omnia haec dona imperfiri possit: & idcirco, intuendo hoc augustissimum sacramentum, sequentes fidei & confidentiae aeternae exercisebo.

PRIMVM, cum Centurione dicam: b *Dominus, non sum dignus, ut intras sub rectum meum,* b *Matt. 8.8.*
sed tanum dic verbo, & salua erit anima mea.
 Nonnunquam huicmodi verbis utar: c *Si ser-* c *Num. 21.9.*
pentis aenei aspctus sat fuit, ad seruos homines
ab ignotorum serpentium lethalibus mortibus;
mihi quoque fatis erit, si te viua fide aspexero; at-
que me tu misericorditer aspexeris, ut ab om-
nibus meis libereris; interdum, cum mu-
liere sanguinis fluxum patiente, intra memet-
ipsum in haec verba prorumpam: d *Si tetigeris* d *Luc. 8.44.*
tantum vestimentum eius; saluus ero: si enim e- e *Act. 5.15.*
Apostoli umbra infirmos sanitati restituebat;
quanto magis umbra diuinissimi huius sacra-
menti, animam meam agrotam, ab omni spiri-
tuali infirmitate curabit? Hac fiducia Ecclesia
ingredi, Missae sacrificio interesse, sacratissi-
mamque hostiam, unde cum sacro calice, dum
ele-

E
ONTE
E.

Serm 32. in
Cart.

eleuatur intueri, par est: Nam, ut S. Bernar. ait,
magna fides, magna meretur: & quaterum
bonis nomini fiduciæ pedem porrexis, eatenus
possidebis: & misericordiam eius abundantio-
rem impetrabis.

PUNCTVM III.

TERTIO & postremo, CHARITAS
quoque tuos in actus se exeret, quibus
spiritualiter te vniat, Christoq; conu-
gat per vnitatem amoris, quæ in huius san-
ctissimi sacramenti sumptione potissimum pe-
detatur. Eius porro actus præcipui sunt: Ut gau-
deam de bonitate, charitate, omnipotencia, &
liberalitate Christi, quæ in hoc coniuicio mi-
rificè elucet: læter quoq;, quod tam ardenter
ab illo amari me videam, ut se mihi præbeat in
cibum: Et prece dea desiderem, perpetuo eidem
coniunctus manere per actualem cognitionem,
& amorem: quod finis ei in cunctis virtutibus
efficiat, ardent etiam cupiditate flagrem, vt
omnes eum cognoscant, diligant & veneren-
tur in hoc sanctissimo sacramento; fruanturq;
bonis, in illo comprehensis: ac denique, vt of-
feram me servò, & ex animo, ad idem in rebus
omnibus velle & nolle cum ipso habendum,
nec quidquam ita mihi arrideat, placeat, at-
que quod ipsi placet. O Saluator dulcissime,
vbiq; quidem es, verè amabilis es: at in hoc
sacramento, planè dignissimus, qui totis amo-
ris viribus, à cunctis diligaris. Utinam te Do-
mine diligem in toto corde, tota mente & spi-
ritu, ac tota fortitudine mea. Amem te, Domi-
ne, pro

ne, propter bonitatem, quam hic manifestas; propter amorem, quem mihi demonstras; propter beneficia, quibus me afficias; propter mala, à quibus me liberas; propter bona, quae mihi polliceris; ac denique, propter ingens desiderium, quo te à me amari desideras. Adimple, obsecro, tuum & meū desideriū, & concede, ut te amem; sicut tu à me amari vis, vniendo me tecum vnitioне perfecte charitatis, quæ usque in vitam perseveret æternam. Amen.

ALIAE quamplurimæ meditationes, cum varijs ad sacram communionem se preparandi modis, ponentur in partibus sequentibus, iuxta ordinem hystoria Euangelica, quæ facile ex Indice constabunt.

MEDITATIO XXXV.

**AD GRATIARVM
ACTIONEM POST SACRAM
communionem.**

SACRATISSIMA communione percepta, plurimum refert scire, dulci hospitiu, quem excepimus, presentia frui: neq; cum tempus aliud, ad negotia salutis nostra cum ipso pertractanda, aptius est, quam cum illum intranos ipsos habemus. Nam & hic lucu habet, quod ipse dixit: Quandiu sum in hoc mundo abbreviata cuiusque hominis, lux sum mundi. Quare expedit nos, quandiu lux illa durat, progredi;

a Ioan 9,5.
12,46.

Pars 1.

Z

ante-

E
ONTE
P.